



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Chronicon Cisterciensis Ordinis

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Exordivm Coenobii Atqve Ordinis Cisterciensis, A Primis Patribvs
Cisterciensibus conscriptum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11259



EXORDIVM
C O E N O B I I
 ATQVE ORDINIS
 CISTERCIENSIS,
A P R I M I S P A T R I B V S
*Cistertiensibus conscri-
 ptum.*



Os Cistertienses , primi
 huius Ecclesiæ fundato-
 res, successoribus nostris
 stilo præsenti notificamus,
 quæ canonice , quanta
 auctoritate , à quibus etiā
 personis, quibusq; temporibus, cœnobiū,
 & tenor vitæ illorū exordiū sumpserit ; vt
 huius rei propolata sincera veritate, tena-
 ciùs & locum & obseruantiam sanctæ re-
 gulæ, in eo nobis per Dei gratiam vtcun-
 que inchoatam ament : pro nobisq; , qui
 pondus diei & estus indefessè sustinuimus,
 orent ; & in arcta atque angusta via , quam
 regula demonstrat, vsque ad exaltationem
 spiritus desudent , quatenus deposita sarcina,
 in requie sempiterna, feliciter pausent.

ANNO
 1098.

Anno ab incarnatione Domini mille-
 simo nonagesimo octauo, beatæ memoriae

Rober-

Robertus Molismensis Ecclesiæ in Episco- *S. Rober-*
 patu Lingonensi fundatur primus Abbas, *tus Abbas*
 & quidam eiusdem cœnobij fratres ad ve- *Molismē-*
 nerabilem *Hugonem* tunc Apostolicæ sedis *fis, & pri-*
 Legatum, ac Lugdonensis Ecclesiæ Archi- *mus Ci-*
 episcopū venerunt, vitam suam sub custo- *stertiēsis:*
 dia sancte regulæ Patris Benedicti se ordi- *de quo*
 naturos pollicentes. Et idcirco ad hoc li- *Martyrol.*
 berius exsequēdum, ut eis & sui iuuaminis, *Rom. 29.*
 Apostolicæque auctoritatis robur porri- *April. ex-*
 geret, cōstanter flagitarunt. Quorum voto *statq; vi-*
 Legatus ille lētanter fauens, tali epistola *puduriū,* *ta eius a-*
 exordij eorum fundamentum iecit. *per Odonē*
Abbatem
Molismē-
sem.

EPISTOLA HV GONIS LVGDV-
nensis Archiepiscopi ad Robertum Ab-
batem Molismensem.

HVGO Lugdunensis Archiepiscopus,
 & Sedis Apostolicæ Legatus, *Roberto*
 Molismensi Abbat, & Fratribus cum eo
 secundū regulam S.Benedicti Deo seruire
 cupiētibus. Notum sit omnib^z de S.Matris
 Ecclesiæ profectu gaudētibus, vos & quoſ-
 dam filios vestros Molismēlis cœnobij fra-
 tres, Lugduni in nostra præsentia adstitisse,
 ac regulæ beatissimi Benedicti, quā hacte-
 nus tepidē ac negligēter in eodem mona-
 stero tenueratis, arctiūs deinceps atque
 perfectiūs inhærere velle professos fuisse.
 Quod quia in loco prædicto, pluribus im-
 pedien-